



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

393. De sancta Maria Magdalena. De bono dilectionis & devotionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

694 *De Visitatione B. Virginis.*

lem, Amano Mardocheum modestum, Esurientes per Angelum, Daniele per Abacuc, satiavit, divites autem dimisit inanes, qui eguerunt & esurierunt.

Conf 3. Quòd B. Virgo rursus ad particulare beneficium redeat còmemorandum, & Deum propterea laudandum. Quòd Israellem servum & filium suscepit misericordiae suae non oblitus, sicut promisit Adae, Abrahae, Davidi, quòd eos non à Romanorum, sed à duriore daemonis tyrannide liberaturus sit perenniter. Quando Deus suos magnificat, facit magnos opibus, honore, donis, gratijs, idque agit amore benevolentiae, nos autem quando Deum magnificamus, nò possumus, nisi amore còplacentiae, celebrare ejus majestatem, omnipotentiam, sanctitatem, sapientiam, bonitatem. Et adhuc sum difficilis, ad hoc saltem Deo reddendam? quin imò hostiam insuper laudis Eucharistiam immolabo, & cum Diva conscendam festinanter superiora virtutum, ut ait D. Ambrosius. *Quò enim Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione conscenderet? in cap. 2. Luc.*

MEDITATIO CCCXCIII.

De S. M. Magdalena.

De bono Dilectionis & Devotionis.

Aspiciam

De S. Maria Magdalena. 695

Aspiciam Magdalenam projectam ad pedes Domini dilectione & devotione fluentem. Petam eam in his imitari.

Conf. 1. Qui se tota dilectione Deo dant, quod saepe fit unico actu heroico renunciationis suae, exinanitionis atque victoriae, qua de se hodie triumphat S. Magdalena, tales inquam curae Deo esse triplici jure creationis, redemptionis, & specialis electionis atque dilectionis. Et amans ex toto plus valet apud Deum pro vivis atq; defunctis salutem orans, quam non amantium millia duodena. Ita ipse Dominus D. Gertrudi l. 4. c. 55. Imo anima toto corde conversa ad Deum, & integra voluntate supplere volens omnem defectum honoris Dei, in blanditijs amoris accenta sic placet Deo, ut propter quinque tales Deus parceret toti mundo. ibid. lib. 3. c. 30. In B. Magdalena se vincente tantus fuit amor, ut a Domino multus dicatur. Conflituq; peracto anima ejus deinceps ab illa hora liquefacta est. Pro cujus conversione, qui in dies gratias Deo agit, non morietur sine actu contritionis, inquit Dominus S. Mechildi.

Conf. 2. Quod devotio in B. Magdalena dilectionem auxerit. Si enim charitas est gemma, devotio est ejus fulgor, si illa balsamum, haec ejus fragrantia, si illa peccatum fugat & timorem, haec est vapor pellens daemonia septem

prem, id est omnia, & definitur quod sit quædam promptitudo mentis & affectus, qua res divinæ libenter suscipiuntur, & delectabiliter cum sapore quodam exercentur. Est devotio effectus meditationis, cui quærenda ibidem insistendum, & quia est donum Dei studiosè peti debet. Cui ut vacaret Magdalena, triginta annis desertum incoluit.

Conf. 3. Quod frequentatio SS. Eucharistiæ devotionem perficiat, ideo D. Paulinus epist. 4. devotionem S. Magdalene adscribit communioni, *osculis* (inquit) *sugentibus prælibavit vivificum panem, hunc & ego manu, ore, spiritu, tenebo, stringam, prælibabo, & gratiam devotionis, & deinceps plenæ dilectionis, meique exinanitionis, (hæc enim se invicem consequuntur) impetrabo cum Magdalena, quæ non quæsit sicut Cananea micæ, sed ipsum Panem Vitæ amplexa est.* Ita D. Chrys. serm. de Magdal.

MEDITATIO CCCXCIV.

Die S. Iacobi.

De remedij contra defectibilitatem humanam.

Aspiciam filios Zebedæi animosos, sed nisi majori gratiâ suffultos, defectibiles velut folium in omnia mobiles & defluos. Petam sancti gratiâ præmuniri.

Conf. 3.